

36  
DISSERTATIO MORALIS,

De

# OFFICIS RE- FLEXIS,

Cujus

PARTEM POSTERIORREM

Cum consensu Anapl. Facult. Phis. Aboensis

PRÆSIDE

VIRO CL.

# HENRICO HASSEL

Eloquent. Profess. Reg. & Ordin.

Pro GRADU

Publico bonorum examini submittit.

# PETRUS G. HEDMAN

Angermannus.

Ad diem 28. Junii An.

MDCCXXXVIII.

---

ABOÆ, per Joh. Kiæmpe, R. Ac. Typ.

S. & R. & M. tis

Magnæ Fidei VIRO

Reverendissimo Patri ac Domino,

# Dn. JONÆ FAHLENIO

S. Theologiae DOCTORI celeberrim o,  
inclytæ Diœcœlos Aboenfis EPISCOPO,  
Regie ibidem Academiæ Pro-CANCEL-  
LARIO eminentissimo, Consistorii Ec-  
clesiastici PRÆSIDI gravissimo, Scho-  
latumq[ue] per totam Diœcesin EPHORO  
adcuratissimo.

## MÆCENATIBUS

Dominm Nominibus Vestris, Reverendis-  
crare, omniq[ue] nitore & pretio destitu-  
ere instituo, quod summus Vester in omnes  
detur permettere, & nunquam non permisit.  
ris & beneficia, qua mibi praestitistis tanta-  
que, Reverendissimi Dni Praesules, humili-  
in testimonium perpetua venerationis & ob-  
pere, & quam ante<sup>a</sup> benevolenciam in posterum  
rit partium DELIM O. M. calidissimis preci-  
sospites praestare. Et sera sit ista dies, que  
Patrie ornamenta ab oculis mortalium sub-  
Reverendissimorum No-

Devotissimus  
PET. G.

S:æ R:æ M:tis.  
Magnæ Fidei VIRO

Reverendissimo Pætri ac Domino,

# Dn. GEORG. WALLIN

S. Theologiae DOCTORI celeberrimo,  
per Gothlandiam SUPERINTENDEN-  
TI longe dignissimo, Consistori Ecclesi-  
astici PRÆSIDI gravissimo, Scholatum  
que per totam Diœcesin EPHORO, be-  
nignissimo.

SUMMIS.

summi Domini Praesules, pagellæ has conse-  
tas eorum splendore ornare aggredior, id fa-  
lterarum cibores favor & benevolentia vi-  
Erexerunt me insuper favor prorsus singula-  
rue istudem depraedicandis impar sim. Vos ite-  
me oro atque obtestor, exiguum hoc munus  
servantia vobis oblatum serena fronte exci-  
quoque mihi exhibere dignemini. Meorum e-  
bus sollicitare, Velit Vos quam diutissime  
eanta ordinis Ecclesiastici sidera, tantaque  
ducat. Sic atatem uovebit,  
minum Vestrorum.

Cultor.

HEDMAN.

VIRO Summe Reverendo erg, Ampl. Domino,

Dn. ANDREÆ BERGIO,

S. Theologiz Doctori & Professori in Re-  
gia, quæ Aboæ est, Academia primario,  
Diœceseos. Aboensis. Archi - Præposito  
celeberrimo; Ecclesiaz Cathedralis. Sve-  
canæ Antistiti vigilantissimo, utriusque  
Consistorii Adseffori gravissimo.

VIRO Maxime Reverendo

Dn. JOHANNI

S. Theologiae Professori ordinario, Pa-  
vigilansissimo, utriusque Consistorii Ad-

MÆCENATIBUS & PRO-

HOC quicquid est laboris Philosophici, in per-  
gnus, inqus spem ulterioris. benevolentia

Magnorum No-

Cultor hu-

PETRUS G.

VIRO Maxime Rever. apq. Ampliss. Domino,  
Dn. ISAACO BJÖRKUNDI  
s. Theologiz Professori ad Regiam A-  
cademiam Aboensem celeberrimo, Ec-  
clesiz Cathedralis Fennicæ Pastorî di-  
guissimo, utriusque Consistorii Adses-  
sori adcuratissimo.

apq. Amplissimo Domino.

**WALLENIO**,  
stori in Acadendahl, Reso & Exerimaste-  
fessori adcuratissimo.

**MOTORIBUS MAGNIS.**

pernum venerabundi & grarissimi animi pi-  
& favoris. a. d. d.

miuum Vektorum.

milites  
**HEDMAN.**

# SYNOPSIS.

## CAP. II.

§. 1. Curam corporis agendam esse docet.

§. 2. Demonstrat nos obligatos esse ad sufficien-  
dam viam viam necessaria.

§. 3. Pari modo, idoneo vestiti opus esse indica-  
atur.

§. 4. De labore & recreatione iusta egit.

§. 5. De temperantia & discrimina ciborum  
nonnulla tradit.

§. 6. Evincit nos debere nimiam laborem &  
vobementiam afflictum fugere.

§. 7. Justa media exhibenda esse pro professio-  
ne paterdinus dicit.

§. 8. Pecuniam pro ratione statutae cuiusvis com-  
parandam esse moneret.

§. 9. Hoc fieri debere honesto labore indigitare.

§. 10. Nimiam babendi cupiditatem damnet.

§. 1. Temerariam pecuniarum profusionem vi-  
tandam esse afferit.

CAP. 3.

§. 1. Vitam, seu bonorum omnium temporalis-  
um fundatum conservandam esse con-  
tendit.

§. 2. Augustinus directam & indirectam  
improbat.

§. 3. Vitam cum eade invasoris injusti defen-  
dere licere adstruit.


§. 4. Pro parentibus, imperantibus & iis, quin-  
ibus salus totius Republicæ miser, vitam  
pie profundi pronunciat.

§. 5. Illam pro salute patriæ bello praesse pe-  
riculis exponendam esse statuit.

§. 6. An vero aliis civitatis bellum gerentis  
sublevanda causa id licet, inquirit.

§. 7. Certum vita genus mature eligendum  
esse inculcat.





## CAP. II.

### §. I.

**G**orporis habendam qvoque rationem & curam esse, quod temere & inconsidere negarunt nonnulli, facile demonstratur ex eo, quod corpus non minus ac anima pars est hominis, qvas ambas artificio protus admirabili benignissimus Creator conjunxit, ut in operacionibus edendis concurrent & amice conspirent. Et quum qvotidie experiamur, quando afficitur & patitur corpus, animum simul languescere & torpere, patet, si velimus, ut anima prompte & alacriter qvod suum est agat, nos simul dare operam

**8**  
ram debere, ut corpus vigorem, ro-  
bur & sanitatem retineat.

§. II.

**A**Dhibenda igitur sunt omnia ,  
quæ ad illius sanitatem qvocun-  
que modo facere possunt, & vita-  
da illa, quæ eam debilitare & de-  
struere solent. Hinc consequitur, su-  
stentandum esse corpus nostrum ali-  
mento & victu necessario. Quemad-  
modum enim per transpirationem  
insensibilem quædam illius particulæ  
quotidie auferuntur & evanescunt,  
adeo ut post spatium atque decur-  
sum aliquot annorum, idem ampli-  
us non sit, qvod antea; ita nisi de-  
fectus hic per alimenta, quæ bene-  
ficio chyli in sanguinem, carnes &  
ossa convertuntur, suppleretur, a-  
ctum esse de vita nostra. Estqve hoc  
officium & præceptum, quo jubemur  
corpus alimento idoneo sustentare  
tanti momenti, ut in collisione, il-  
lii alia cedant. Unde est, quod lisci-  
tum pronunciarunt Iuris naturalis  
consulti homini, qui tanta premitur  
fame

fame, ut præsentissimum vitæ immineat periculum, si neque precibus neque alio modo cibum sibi parare possit, vi, atque Domino vel possessori invito auferre tantum alimenti, quantum ad vitam sustentandam sufficiat. Lex enim de conservandis aliorum opibus & facultatibus in hoc casu & puncto inferior longe censetur lege, quæ jubet propriam conservationem.

### §. III.

**A**D sanitatem facit, ut corpus idoneis tegatur vestimentis, & id quidem vel ob vehementiam frigoris, vel aliam aeris inclemenciam, quæ nudo corpori mulrum noceret. Ea igitur nobis parare debemus, quæ ad fovendum & tuendum hoc ipsum necessaria sunt. Qui vero in alium finem, vel vanæ ostentationis gratia, vel ad imitandos alios, multo ære ornatum superfluum sibi querunt, hoc præceptum longius, quam pars est, extendunt, & tantum abest ut illo possint audaciam &

meritatem suam excusare, ut potius  
eius culpæ sint rei, quod officia &  
sibi & aliis debita int̄mittant & ne-  
gligant; de quo postea dicetur. (4)  
Et hinc collectu facile est, quid ha-  
bendum sit de varietate illa modo-  
rum in vestitu, quæ intra justos li-  
mites multis in regionibus nostro  
tempore coerceri non potest.

§. IV.

**A**D valetudinem quoque cuendam  
opus est labore & exercitiis vari-  
is corporis, ut & recreatione & ob-  
lectatione justa. Per vitam enim  
sedentariam corporis vires attenuan-  
tur, vigor absumitur & multi con-  
trahuntur morbi. Pari modo seria  
semper tractare est quodammodo im-  
possibile, & multum nocet sanitati  
nostræ; dulcia igitur, ad effatum  
Poetæ, admiscenda utilibus atque se-  
riis hisce, suisqve interdum inter-  
ponere gaudia curis decet. Idque  
pro varia cuiusvis inclinatione & in-  
dole fiat. Nam quod uni oblecta-  
mento est, alteri non nisi fastidium  
mo-

(4) Conf. §. II. hujus Cap.

9.  
moveat, quod illi placeat, displiceret  
huic. Retineat igitur unusquisque  
sibi conveniens oblectationis genus,  
ita tamen, ut ab illo, quod quocun-  
que modo peccaminorum est, penitus  
absterrat. §. V.

**D**iximus §. 2. nos obligatos esse ad  
fugienda illa omnia, quæ corpo-  
ris vires absurde possunt & sanita-  
tē nostrā obesse. Inter hæc sunt in-  
ordinata diæta, ingluvies, ine-  
briatio, & in genere quæque o-  
mnia alimenta nobis noxia. Non  
sunt quidem ulli cibi jure naturali  
nobis definiti, sed in genere il-  
lud ipsum permittit nobis omni-  
bus vesci, quæ corpori aten-do-  
idonea esse possunt. Experientia au-  
tem quotidiana constat, omnia  
eiusmodi alimenta nobis utilia & sa-  
lubria non esse. Et medicorum es-  
set sufficientia nobis tradere præce-  
pta & regulas de discriminine cibo-  
rum, respectu ad sanitatem homi-  
num habito, sed nunquam forte ta-  
les condi posse, quæ omnium u-  
sui

sui inserviant. Magna enim est va-  
rietas pro temperamento, educatio-  
ne & consuetudine cuiusvis, adeo ut  
quod conductit huic, noceat alteri.  
Ex. gr: Calmuki carnem edunt cru-  
dam, quod nemo nostrum sine ja-  
ctura sanitatis faceret. Igitur in-  
cumbit unicuique pro ratione æta-  
tis & structuræ corporis sui obser-  
vare, quinam cibi vel damno, vel  
utilitati sibi esse possint. Quo id fi-  
eri debeat modo pro more suo egre-  
gie docet Volfius. (b)

### §. VI.

**P**ARI modo nimium vitare debemus  
laborem, vigilias & lucubratio-  
nes continuas & defatigations mi-  
nus necessarias, ut & affectuum ve-  
hementiam & illa vitia, quæ sanita-  
tem turbare solent: utpote mœro-  
rem, & discruciationem animi, i-  
ram avaritiam & præcipue invidiam.  
Quemadmodum enim rubigo fer-  
rum, ita & pestis ista humani ge-  
neris

(b) Bern. Ged. B. Mensch. Thun  
und Laß §. 454. seqq.

meris invidia fœdos & oecœcatos consumit hospites, adeo ut miserihi bustum læpe præmaturum sibi parent.

### § VII.

**V**ERUM cum sanitatem corporis nobis mortalibus semper retinere impossibile sit, patet nos obligatos esse, quando morbo aliquo implicamur, ad illa adhibenda media, quibus hæc restitui possit, de quibus consulendi sunt Medici. Stulti, & temerarii merito habentur, qui morbo detenti ab omni medicina abhorrent, & mortem amice expectant, quasi in numerato haberent decreta divina, vel fatalitate stoica mundus regeretur. Sed cum varietus usus medicamentorum pro ratione structuræ corporis cuiusvis, adeo, ut quod unum convalescere facit, aliud non item; atqui medicina multo certior afferri possit illi, qui morbi sedem in corpore & indolem detecte gere valet, quam qui id non possint: patet hinc, ut alias præterea-

8  
mus rationes, quemvis obligatum  
esse ad comparandam sibi notitiam  
de fabrica & interna structura cor-  
poris humani, quæ per sectiones a-  
natomicas adquirenda est.

### §. VIII.

**I**nter hæc officiorum genera licet  
etiam considerare illa, quæ statum  
nostrum externum concernunt.  
Constat ex antecedentibus obliga-  
tum esse hominem ad parandum sibi  
victum & amictum: hoc etiam ex si-  
ne Creatoris cuivis colligere pro-  
num est. Patet etiam nos nobis non  
solum natos esse, sed & aliis, &  
proinde eorum commoda perinde  
ac nostra promovere debere. At  
hæc omnia quum sine pecunia, ner-  
vo illo rerum gerendarum, fieri ne-  
queant, liquet unumquemque obli-  
gatum esse ad tantum aeris adqui-  
rendum, quanto ad sui suorumque  
conservationem pro ratione status,  
in quo vivit & aliorum sublevandam  
inopiam opus habuerit.

### §. IX.

§. IX.

Hinc consequitur unumquemque obstrictum esse ad laborandum, quo sibi, quæ necessaria fuerit, colligat pecuniam ad finem istum, quem dixi obtinendum. Contra quod præceptum peccant illi, qui membris adhuc integris præditi, nulloque gravati morbo labores fugiunt, & vel mendicando, vel alio modo illicito victimum querunt; adeoque reipublicæ sunt oneri ciuesque indigni, qui neque suam, neque aliorum utilitatem justo modo & ordine promovere student.

§. X.

Ex hoc fundamento sicut etiam illud conjectarum, quod debeat quivis vitare avaritiam & nimiam, habendi cupiditatem. Postquam enim tantas nacti fuimus opes, quæ ad nostri conservationem & sustentationem aliorumque inopiam sublevandam sufficiunt, adeoque finem, quem intendit Creator concedendo nobis bona hæc terrena, attigimus

mus, tum temerarium fore & inconsultum cupiditate & studio insatiablei æs corraderet, idque arculis & scriniis absconditum injustis damnare tenebris. Interim otio torpe re ideo non licet, sed debemus tum tempus tribuere aliis laboribus, qui gloriam Dei, utilitatem & comoda humani generis, præcipue vero civitatis nostræ, promovere possunt.

### §. XL.

**D**um avaritiam proscribimus, profusionem inconsideratam & temerariam pecuniarum non ideo commendamus, qua nempe vel per rapulas vel alium ibanem sumtum bona consumuntur. Hoc enim modo peccamus tum conusa nosmetipos, quibus deinde alimentum deficere necesse est, tum etiam contra alios, quibus subvenire debemus. Patet igitur parsimonia nobis opus esse, tum in nostrum, tum aliorum usum, ut & in egenis succurendo nos cause versari debere, ne nimium i-

ta uni largiamur, ut nihil aliis super sit.

### CAP. III.

#### §. I.

**E**X unione inter corpus & animam huius vita nostra, quæ, illa soluta, quoque solvitur. Et quemadmodum vitam nobis ipsis non dedimus, patet quoque, neque nos pro libitu de illa disponendi potestatem habere; sed generaliter loquendo obligatos esse ad eam omnibus modis conservandam. Hæc enim fundamentum bonorum omnium est temporarium, hæc nobis concessa est, ut gloriam Divinam promoteamus & aliorum commodis inserviamus. Si itaque finem velimus, media etiam velle debemus. Quid? quod homini non minus ac reliquis animantibus instinctum indiderit supremus Creator naturalem, quo a sui destructione & interitu penitus abhorret; qui facile evincit, Deum O. M. in prima creatione intendisse hunc finem, ut nempe vitam suam conservaret homo,

mo, nisi absurdē statuere velim⁹,  
Deum sine ratione aliquid fecisse.

§. II.

**E**t igitur *ad uxoris* & directa &  
indirecta omnino illicita, sive ea  
fiat ob tedium vitæ ærumnœ, sive  
ad evitandos maiores cruciatus  
& gravius moriendi genus, (4) si-  
ve alia quacunque de causa. Nec  
ullis exemplis, quæ in contraria  
partem adduci solent, evincitur e-  
am esse adprobandam. Samsonis e-  
nim quod attinet, est heroicum, &  
peculiare quid in se continet, ne-  
que propterea imitandum, sed judi-  
cio Divino relinquendum. Qvod  
afferri solet de præfecto navis,  
qui existimatur jus habere incen-  
dendi navem, illosque omnes,  
qui in ea sunt, ne in hospitium ve-  
niant potestatem, perdendi, nil  
valet. Inter duo enim mala minus  
est eligendum. Minus autem est a-  
missio.

(4) conf. Wolf, *La Cr.*: Cap. 4. §.  
44\*, scqq.

missio navis, majus omnium more,  
 qui nati insunt, & jactura salutis  
 æternæ eorum, qui forte imparati  
 deprehenduntur. Et quod maximur,  
 peccatui hoc modo contra providen-  
 tiam Divinā; incognitū enim adhuc  
 est ejusmodi Duci, quas elabendi vi-  
 as Deus illis aperire posset, qui cum  
 omne deest auxilium humanum, &  
 præsentissimus adesse videtur interi-  
 cus, sæpius opitulari solet.

### S III.

**E**X hoc præcepto de conservatione  
 vitæ nostræ fluit etiam, quod il-  
 lam cum cæde invasoris violenti &  
 injusti defendere liceat. Nemo e-  
 nim ad hoc obligatur, ut alteri con-  
 tra jus & fas extrema sibi intentanti  
 jugulum præbeat. Et ne leges qui-  
 dem Divinæ revelatæ id exigunt, ut  
 quis proximum magis diligat quam  
 semetipsum. Distinguendum autem  
 est inter statum naturalem & civi-  
 lem. In statu naturali incipit hæc  
 defensio ab illo momento, quo al-  
 ter vel hostilem animum suum mihi

sig-

significat, vel justus metus adest aggressionis, & eousque sese extendit, donec eum vel exarmaverim, vel alio modo memet in securitatem recuperim. Ibi enim Magistratus auxilium implorari nequit, sed quisque tum sui juris est vindicta. Jus enim ad finem, hoc est, vitæ conservationem, dat jus ad media, hoc est, defensionem justam. In statu autem civili, ubi magistratus opera periclitanti subvenire potest, violenta defensio cum cæde invasoris conjuncta non prius licita est & permissa, quam omnes elabendi viæ sunt occlusæ, & omne Magistratus praesidium & auxilium deest, adeoqve aut mihi occumbendum aut aggressori.

#### §. IV.

**N**on tamen doctrina hæc de vita conservanda ita extendenda est, quin certi excipiantur casus, quando præstat illam ponere quam retinere. Si enim contingret, ut ex grat. patens meus, cui non tantum offici-

officia communia, sed & specialia, habito ad generationem & educationem respectu, debeo, una mecum vita periculo expositus esset, & ita quidem, ut alterutri nostrum necessario pereundum foret, pie certe agerem, si cum dispendio propriæ, illius vitam servarem. Par modo in respectu ad imperantes civitatis, in qua vivimus, & illos, quibus salus totius reipublicæ nititur, pronunciandum est, quorum vitam suæ qui servaret interitu, egregium se civem probaret. Nostra enim vita saluti totius civitatis subordinatur. Et hoc fundamento nixa fuit pietas illorum, qui jactura vita suæ Regum securitati consuluerunt, eosque ex præsentissimo eripuerunt mortis periculo. Ex. gr. *HENRICUS WREDE* nostras, qui gl. mem. Regem Carolum IX. in proelio Kerckholmensi in Livonia servavit, aliquæve. (b)

S. V.

(b) *Conf. Diff. de deo riu pro patria*  
*S. 10, Seb. J. mem. Suss. gentis cap. XXVI,*

## §. V.

**N**Eqve cum civitas nostra bello  
premitur vitæ parcere, sed pro  
salute illius & securitate eam pe-  
riculo exponere decet. Periclitatur  
enim tum non solum incolumitas  
totius reipublicæ in genere, sed  
& uniuscujusque particulatim: &  
cum in societatem communis utili-  
tatis & securitatis gratia coivimus,  
qvæ jam sine discrimine vitæ reti-  
neri & defendi neqvit, proinde  
justum & eqvum neutiqvam est,  
periculo fese subducere. Cum ve-  
to omnes in civitate arma capes-  
sere non possint, certi leguntur  
milites, qvi pro patria pugnabunt.  
Et hi non aliorum duntaxat civi-  
vm vitam, res & bona, sed & su-  
am ipsorum adversus violentos ad-  
gressores, hostes, puta iniqvos &  
injustos defendunt. Unde patet,  
qvo iure maneat status militaris in  
republico.

## §. VI.

**C**um ad civitatem, in qua vivi-  
mus

mus, hæc, qvæ s. antecedenti dicta  
sunt, applicantur, res est plana; ubi  
vero ad alias referuntur, qvæstio  
evadit difficultior. An enim ubi alieno  
principe militiam subire, ultraque  
vitam periculis objicere liceat, dubi-  
tant multi. Nos ad hoc responde-  
mus, distingvendo inter bella justa  
& injusta. Si novimus imperantem  
aliquem bellum justum gerere, &  
in eum finem arma capessimus, ut  
sucestramus oppressis, propria et-  
iam respublicia nostra opera non e-  
get, tum non videtur hoc factum  
nostrum culpandum esse, qvin po-  
tius laudandum, eum injunctum sic  
nobis semper injuria pressos pro vi-  
rili adjuvare ac defendere. Si ve-  
ro bellum hujus vel illius reipubli-  
cae injustum esse convicti simus, qui,  
qvæsto, salva conscientia ibi mune-  
re militari fungi possumus? Eo e-  
nim alienæ culpæ participes redde-  
remur, vitamque si perderemus, a  
crimine ~~sive~~ ~~exigias~~ indirectæ non  
essemus immunes.

## §. VII.

Cum de officiis, quæ totum com-  
positum concernunt, agimus,  
non negligenda est doctrina de cer-  
to vitæ genere mature eligendo.  
Ingenia autem humana non ejus-  
dem sunt conditionis & inclinatio-  
nis, sed unum ad hoc aptum est &  
proclive, aliud ad illud. Qvod qvivis  
colligere potest eum in finem a sa-  
pientissimo Creatore factum esse,  
ut invenirent omnes artes, scientiæ  
& occupationes in vita humana i-  
doneos cultores. Et hinc conseqvi-  
tur unumqvmqve attendere debe-  
re ad inclinationem ac ingenium  
suum, & illud eligere vitæ ge-  
nus, ad qvod per animi juxta ac  
corporis constitutionem maxime a-  
ptus fuerit. Pari modo facile osten-  
ditur hanc electionem mature fie-  
ri debere. Ad unamqvmqve enim  
functionem recte obeundam diver-  
sa institutio reqviritur. Cum vero  
ars longa sit & vita brevis, ac li-  
mitatæ nostræ vires non permittant,

ut in omnibus excellamus, vita generere, cui aptissimi sumus, electio, illis addiscendis operam addicere debemus, quae ad nostrum finem & scopum praecipue faciunt, ut officio hominis & civis in laudem Dei & aliorum commodum digne fungi queamus. Præterea, quum elec<sup>tio certi</sup> vita generis majorem requirat prudentiam, quam quae in homines junioris ætatis facile cedere potest, hi obligati sunt ad consulendum viros sapientes, quos multa dies & usus exercitatos & hujus scientiae peritos reddidit. Inter hos præcipue parentes, qui ab incunabulis filiorum inclinationem & temperamentum observare potuerunt; ut & præceptores & doctores, quibus ingenia discipulorum penitus cognoscere quotidiana cum illis conversatione licuit. Hoc si observaretur publicæ rei optime consuleatur.



Då  
Philosophiæ Candidaten  
Herr PETRUS HEDMAN,  
utgaſ ſitt andra Lärdoms Profht=  
trade ſig i följande Fågne=rim

**M**iss nu eft mer du Södrare land,  
Gläpp fiadren trognaa *Hellas*:  
*Pollas* hat walt vår Nordiska  
strand  
Eil hamn, då werlden ſta qvällas.

*Aura* nu liusnar och tager emot  
Med frögd den mittra *Minerva*;  
Ulla inbhaggiate hafwa nu bot  
För det ſom wille förderſwa.

Nu både åhra och vårdarſte lön  
Skal aldrig tryta för ſlika  
Som hafva lust til wiſheten ſkida,  
Gamt bort från lasterna wiſa.

Wiſhetſ Systraena *Niso* i rad  
Upamma nu här ſina vånnar.  
Gielfiver *Apollo* gier kranzarna glad  
Zhem han för duchtiga lianner.  
Duch-

Duchtiga liänder han alla de Män,  
Som visat prof utaf snike;  
Detta I giort min wärdesta Wän:  
Ty tag den lönen I will.

Wille I stådse beslita Ehr nog  
Om Dyngd om årbara seder,  
Dersöre willé I åsiven med fog  
Gå den med följande heder.

Alla berömdna Ehr dygder och flit;  
Jag orsalet vertil och finner,  
Den lyckönskan som hörer och höjt,  
Mitt hiercta pennan påminner.

Hierliga råds jag drästar och ber  
Gielf himlen willé Ehr gifwa  
Sällhet i tiden och salighet mer  
Gist, som kan intet beskrifwas! !

En trogen wän och tienare

M. HELLENIUS  
Österbotninge.

गोदावरी नदी उत्तरी राज्यांमध्ये

सौभाग्य देता नदी नामानि

विश्वामित्र नदी नामानि

कृष्ण नदी नामानि

तुला नदी नामानि

निष्ठा नदी नामानि

तुला नदी नामानि

निष्ठा नदी नामानि

जिल्हा नदी नामानि

विश्वामित्र नदी नामानि